



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Admirandvm vindictae divinae theatrvm**

**Tympe, Matthäus**

**Monasterii Westphaliae, 1611**

In Vindictae Divinae Theatrvm Historicvm Clar[issi]mi viri, D[omi]ni  
Matthæi Tympij Artium ac Philosophiæ Mag. & SS. Theol. L. Carmen  
encomiasticum B. D. N. F.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

DEDICATIO.

quidem graue me scelus arbitrarer admittere  
si de illis tacerem quæ Deo gloriosa fore cre-  
do, maxime cum in summam bonitatis & glo-  
riæ diuinæ vergat iniuriam si admiranda Dei  
opera neglecta vel obscurentur, vel penitus  
obliterentur. Notum est illud angeli: Sacra-  
mentum Regis abscondere, bonum est; ope-  
ra autem Dei reuelare & confiteri, honorifi-  
cum est. Demus operam Rev. D. & mihi cha-  
rissime senex, non solum ne valetudo corpo-  
ris, naturalis lætitiæ radix, exarescat, sed mul-  
to etiam magis vt gratia apud Deum valea-  
mus semper. Qui enim ita valet, is vere valet.

Tob. 12.

R. T. *χρησις ἐχρήσα.*  
M. T.

IN VINDICTAE DIVINAE

THEATRUM HISTORICVM CLAR. mi  
viri, D. ni Matthæi Tympij Artium ac Philo-  
sophiæ Mag. & SS. Theol. L. d Carmen  
encomiasticum B. D. N. F.

**D**iuersi faciunt diuersa, sed ille cuiq;  
Esse solet finis, quò iuuat aut placeat.  
TYMPIVS ast multum multa spectabilis arte,  
A Pietate suum nomen & omen habens,  
Hunc semper teneris finem spectauit ab annis,  
Vt sanctâ multos adiuuet arte Pios.  
Vndiq; doctorum peragrans nam scripta virorum  
Qui vel sacra docent, quiue profana docent.

Flori-



Vtinam  
multi, ve-  
lut spicitua  
les apiculę,  
ex histori-  
corum hor-  
tis ac pratis  
floreutibus  
similia de-  
cerperent  
multa.

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant,  
Floribus è varijs optima mella legit.  
Id satis estendunt tot, eo scribente, labores,  
Quos multos multis edidit ante LIBRIS;  
Inter quos, aptè docet hic, Regnator Olympi  
Quàm varijs plectat crimina nostra modis.  
Namq; vt in hoc oculos miserum conuerterat auum  
Esse videt summis omnia plena malis;  
Vidit & indoluit, solitiq; laboris anhelus  
Ex varijs varios hos dedit, arte, LOCOS,  
In quos vt plenam mera congerit optima cellam,  
Et docet esse bonum, dedocet esse malum.  
Nempe, quod ob nostras soleat procedere culpas,  
Lenta quidem summi certa sed ira Dei.  
Vt bonus officium faciens velit optimus esse,  
Vt velit esse bonus, qui fuit ante malus.  
Exempla hoc monstrant magno congesta labore,  
Qua sunt areolis qualibet apta suis.  
Hac lege, cui sancti mandata est concio templi  
Quiq; tuam debes pascere Pastor ouem.  
Nec lege, verum etiam, si res tempusq; requirit  
Enarra, vt melior grex fiet inde tuus.  
Tu quoq; cui tenera commissa est cura iuuenta  
Palladiaq; tenes virge a sceptr a schola,  
Discipulis refer & sint sapius Argumento.  
Vt possint mores inde parere bonos.  
Tu quoq; qui cupis aternam sperare salutem  
Disce hinc exemplis cautius ire alijs.  
Qui legit & faciet, qua præcipit optimus Autor  
Et puram ambrosiam, melq; merumq; bibet.  
Ast caca impietas nil hinc nisi fella reportat.  
Nam qua mella bonis, sunt ea fella malis.

ELEN.